4

+

quo ad respondendum spectat mediante semper in primo cita:
tionis Termino tanquam peremptorio, stare Juri parere re:
spondere, Vadium vel Vadia praefacta lueve Inscriptioni prae:
senti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur
seque ac suos successores, ad eadem omnia inscribit et obligat
praesentibus, illum Terminum primum peremptorium vti
et alios omnes exinde consequentes, causae eiusdem Termi:
nos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori mi:
norennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum
servitio militari ad munimenta ad Exercitum, vel aliis quibus:
uis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo ad
quietationem praeterea vltra proximos officij praefati Castrensis
Capitanealis Praemisliensis Terminos dilatione in sibi non recipi
endo, nullasque motiones, appellationes, ac earum prosecutiones
faciendo, ac praemissa omnia paenis simplicibus vel duplicatis
Cassationibus, suspensionibus fatalis Juris praescriptione Terre:
stri bello conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis et de:
fensis non subterfugiendo nec modo alio quovis euaden:
do Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa
omnia et singula mediante.

Feria Tertia in Crastino Festi
19/I Sanctae Priscae Virginis Anno
1672 Domini Millesimo Sexcentesimo
Septuagesimo Secundo.

Vstrzycki et Chłopecki mu:
907 tuo Intercisam. Roborant.

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosi

Alexan:

+
Alexander de Vnichow Vsarzychi Tribunus Terræ Sanocensis ab vna et Nicolaus ac Joannes Chlopeccy fratres inter se germani parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo per sam libere, publice, ac perexpressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi sibi mutuo et inuicem. Vna pars alteri, ac portenti Vtriusque partis, se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant præsentibus, Interceisam certam inter se Recognoscentes, ratione certorum rerum et Conditionum in eadem Interceisa contentarum, de actu et data illius hic Premisliæ die hodierna in actu contenta confectam et conscriptam manibus sui Recognoscentium propriis ab Vtrinque subscriptam, in omnibus et singulis eiusdem Interceisæ Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio ligamentis, ac nexibus generaliter Vniuersis, firmiter tenere Complere, exequi ac inuiolabiliter, obseruare, omnibusque et singulis eius contentis, tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit, satisfacere, Interceisam præfatam ad Inscriptionem præsentem Roboratoriam, et Inscriptionem præsentem Roboratoriam ad prædictam Interceisam Vicissim in toto referendo. Idque sub Vadio summæ Duorum Millium et Octingentorum Florenorum Polonicalium per partem parti cum successoribus Vtriusque partis, ob non Complectionem Contentorum Interceisæ præfatæ omnium et singulorum, tam in parte quam

in toto, toties quoties opus fuerit ad Soluendum Succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad Soluendum succubito, ac pro re aliqua principali ex contentis Inscriptionis præfatæ non completa complenda, Citata existens memorata pars Una præmissa non tenens siue eius posteri ad instantiam partis alterius præmissa tenentis et complentis Vel illius successorum ad officium præsens Castrense Capitaneale Præmisliense ex tunc vigore supra scripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare Juri parere respondere, Vadium præfatum lucre Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, Seque ac suos successores, ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, illum Terminum primum peremptorium. Uti et alios omnes exinde Consequentes Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum, legatione intra Vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Exictorem, Vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem præterea Vltra proximos officii præfati Castrensis Capitanealis Præmisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes ac earum prosecutiones, faciendo ac præmissa omnia pœnis simplicibus Vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalitiis Juris præscriptione Terrestri, bello Conuentioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis euadendo. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante

Ysbrzyjcki Wistockie^o^ Quietat

Comparens